Nr. 44.

Geschenk des Hrn geh. Cammerr. Geutebrück.
d. 18 Jan. 1826.

ELENCHUS TABULARUM, PINACOTHECARUM, ATQUE NONNULLORUM CIMELIORUM, IN GAZOPHYLACIO LEVINI VINCENT.



HARLEMI BATAVORUM,
SUMPTIBUS AUCTORIS.

CIↃ IↃ CC XIX.

DESCRIPTION ABREGE'E DES PLANCHES,

QUI REPRESENTENT
LES CABINETS
& quelques-unes des Curiosités,
Contenuës dans le
THEATRE DES MERVEILLES
DE LA NATURE,
DE
LEVIN VINCENT.



A HARLEM,
AUX DEPENS DE L'AUTEUR.
M.D.C.C.X.I.X.


NGdO

SERENISSIMO. AC. CELSISSIMO

PRINCIPI

EUGENIO. FRANCISCO.

SABAUDO.

S. R. I. PRINCIPI.

CAROLI VI. IMPERATORIS

SEMPER. AUGUSTI.

MINISTRO. PRIMARIO.

CONSILII. BELLICI. ET. AULICI. PRAESIDI.
EXERCITUUM. CAESAREORUM. DUCI.
TURCARUM. VICTORI. DEBELLATORI.
BELGII. AUSTRIACI. SUPREMO
GUBERNATORI.
AUREI. VELLERIS. EQUITI.
RERUM. NATURALIUM. SCRUTATORI
INDEFESSO.
OMNIUMQUE. ARTIUM. ET. SCIENTIARUM
FAUTORI. SUMMO.
HOC. ADMIRANDI. NATURAE. THEATRI
COMPENDIUM.

D. D. D.

LEVINUS. VINCENTIUS.

BATAVUS.

PRAEFATIO.

Cum ſingularia hominum ſtudia conſiderentur, tam in iis quae neceſſaria ad eorum conſervationem, quam in animorum recreationem convenire queant, maxima diſſimilitudo conſpicitur inter commodum et utile, et inter noxium ac inutile, quibuscum occupatus quisque ſe oblectet; et ſingulare ſuum ſtudium non ſolum bonum et laudabile, verumetiam praeclarius quam aliorum eſſe mente concipiat.

Hoc vulgo comprobatur variis exemplis, et commercio eorum, quibuscum quotidie converſemur, quoniam vix ullus reperiatur, qui ſumma ope non nititur, qua animum colat atque exhilaret.

Verumenimvero, magna ſcopi et finis differentia exiſtit in delectu et operibus, quibus homo ſe tradat, et tempus transigens voluptate afficiatur: res enim, ſalutaribus officioſisque effectibus tam ſibi quam aliis ſcatentes, multo praeſtant eis, quae inanis, noxiae, et turpis ſint ſequelae.

Attamen conſtat haud dubie, eas optimae notae eſſe, quae nos ad Deum ducant, in regiam virtutis viam deferant, a malo abſtrahant, in vera fide confirment, et corpus noſtrum honeſta exercitatione intentum operi reddant, mentemque noſtram ſancta Omnipotentis Dei laude impleant, ut Creator in et ex ejus operibus magis magisque pernoſcatur, ametur, colatur atque laudetur; prae caeteris enim eſt neceſſe, et omnium rerum ſumma, Deum noſcere, et gloriam ejus promovere.

Eum in finem, peculiare et praecellens objectum invenimus in contemplatione magnorum et impervestigabilium admirandorum, quae Deus Naturae creavit, tum in Animalibus et Vegetabilibus, tum quoque in Mineralibus, multis abdita, et paucis satis perspecta, revelataque, seu negligentia, seu contemptu. Quibus Regii Vatis verba applicanda forent, dicendo: *Improbus Domini opera non inquirit, quoniam dicit cum animo suo, non est Deus.* Et veluti Izaiäs vaticinatur: *Vae surgentibus summo mane, ut potum inebriantem sectentur, prorogantibus ad crepusculum usque, ut vinum incendat ipsos. In quorum conviviis est cithara ac nablium, tympanum, tibiaque, ac vinum: opus autem Domini non intuentur, et factum manuum ejus non considerant.*

Qui vero hisce utilibus objectis delectantur, ipsa tam egregia, magnifica, pulchra et pretiosa comperiunt, et insuper eorum numerum adeo copiosum ac infinitum, ut intelligentiam et cogitationes longe superent. *Magna enim opera Domini*, inquit David, *exposita omnibus qui delectantur illis. Gloriosum et decorum opus ejus. Memoriam comparavit mirabilibus suis.* Immo nos, maxima admiratione ea contemplantes, exclamare cum Apostolo cogimur: *O profundas divitias tum sapientiae tum cognitionis Dei! quam inscrutabilia sunt ejus judicia, et ejus viae impervestigabiles? Nam ex Eo, et per Eum, et in Ipsum sunt omnia.*

Doctissimus Medicus Swammerdam, in Tractatu suo de Hemerobia, sive Esca litorali, inquit: Quis mortalium non videat, quod ego per visibilia, eaque quae palpari manibus possunt, in Creatoris mei gloriam instigor, ad proclamandum cum Rege Davide? *O Quam pretiosae apud me sunt cogitationes tuae, ô Deus fortis quam numero-*

merosae sunt summae earum! Narrarem illas, sed arena plures sunt. Mirabilior est scientia tua, edita est, non possum eo pertingere. Praeterea Medicus modo citatus alibi de Ephemero haec verba refert: Si miranda, tibi in hoc animalculo a me exhibita, perpendas, quovis momento inibi Deum conspicies. Quis enim alius potuisset tantillae exiguitati tantas mirabiles partes formare, et levi spatio duarum unciarum cum semisse mira locare, quae mentes humanae junctim describere nequeunt, quam altum sit earum ingenium, quam acutum judicium, quam multiplex eruditio vel experientia?

Necesse itaque et nostrum etiam est, quod per omnes creaturas, quantumvis parvas, mente nostra ad earum Authorem ascendamus, ut in iis ejus sapientia, bonitas, et omnipotentia relucens pernoscatur, et Eum, veluti omnium Originem in multiplicibus ejus miraculis celebremus. *Nam ipsius invisibilia*, inquit magnus ille Apostolus, *jam inde a condito mundo, ex iis quae fecit, mente perpensa, pervidentur, aeterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas.* Quare nemo homo hoc parvi ducat, aut flocci pendat, quoniam illud maximi momenti et observatione dignum est, adeo ut non solum plurimi sapientes, doctique viri, uti Philosophi, Medici, ac periti Viatores, data opera, singulatim de eo scripserint, verumetiam Sacra Scriptura, super hoc, nobis objectus sensiles, in nostri doctrinam et applicationem offert.

Gratum et hoc utile objectum, nempe contemplationem mirandorum Dei in Natura, ante annos jam plurimos, pro mea voluptate et gaudio elegi, et hucusque, Deo permittente, huic vacavi, et hanc materiam tan-

topere pulchram, utilem perfectamque ſum compertus, ut dignam exiſtimaverim multis popularibus et exteris curioſis Studioſis viciſſim ſpectandam dare, quod in propatulo eſt. Et aliquatenus affirmare audeo, laborem meum et temporis jacturam in aliorum commodum hiſce adhibitam, non incaſſum fuiſſe: quod abunde conſtat Studioſorum novitiorum quotidiana accretione domi foriſque, qui, luſtratis cimeliis, zelo perciti, ex collectione mirabilium, ſibi de die in diem Pinacothecas egregias conſtruxere, atque pro affectuum ratione et voluptate in ordinem redegere. Quisvis enim luſtrans tot diverſas formas, venuſtates, atque infinitas ſpecierum generumque mutationes, tam Animalium quam Vegetabilium, et e mari productorum, ac Mineralium, confeſtim immenſum opulentiae aequor ſe pandit: quapropter omnipotentiae Dei et imperveſtigabilis ejus ſapientiae teſtimonio, ſumma animi ſubmiſſione, cum Pſalmiſta acclamare cogimur: *Quam magna ſunt facta tua, Domine! valde profundae ſunt cogitationes tuae. Vir brutus non agnoſcit, et ſtultus non animadvertit iſtud.* Quo quidem ſolo affatim conſtat, Scripturam Sacram id aſſerere, atque hominem ad ejusmodi opus ſuſcitare, invitare, et attrahere; ac nobis indeſinenter novae admirationis, delectationis, probitatis, perfectionis, obſervationis, devotionis, ſedulitatis, utilitatis, et ſanctae ecſtaſis anſam praebere, quibus ex Summus omnium Architectus celebretur.

In mentem ergo mihi venit, quomodo, ante aliquod tempus, perſpicax ille Princeps Fredericus Tertius Boruſſiae Rex, cimelia mea conſpiciens, contemplatione multorum rariſſimorum externorum Inſectorum, praeſertim

tim Papilionum, ſingulari percuſſus animi pietate, et rei novitate attonitus, digniſſimo circumſtanti conſortio dixit; *Haud credo quenquam, qui haec videat, non credere Deum dari.* Tanta Regiae Majeſtatis admiratio eximiis hiſce objectis fuit, praeter propriam illi Numinis venerationem, ut gratiſſimam obſervationem meruerit, veluti mihi quoque ſaepe in magna hominum turba, ingenio, judicio, et attenta indagine pollente, obtigit.

Magnus Czaar ſive Sarmatarum Caeſar, uti et Carolus Tertius Hiſpaniarum Rex nunc Romanorum Imperator cum Hagae Comitis eſſet, Sereniſſimus Elector Palatinus, et Succeſſurus Boruſſiae Princeps, aliique Optimates, quorum alloquio dignatus, quibuſque cimelia mea aut univerſa aut ſingula oſtendi, et nonnulla quoque dono dedi, iidemque expreſſis copioſiſque ſignis admirationem et voluptatem non obſcure teſtate fuere, et luculenter indicarunt. Quemadmodum Magnus quoque Dux Etruriae, Coſmus Tertius, omnis generis rariorum naturae et artis Cultor Celſiſſimus, toto orbe notus, voluptate et amore incitatus, hanc mihi gratiam fecit, ut ſequentem Epiſtolam Gallice, manu ſua ſubſcriptam miſerit, quam hic publici juris facere reverenter cenſui.

MONSIEUR,

Ce n'a esté qu'avec un sensible plaisir que j'ay entendu par la vive voix de Monsr: Jakelini, le recit de toutes les beautez de la Nature, qui rendent celebre dans le Monde vostre Cabinet, & ce plaisir est encor augmenté, en refleschissant à tout ce que vous avez voulu m'en dire dans vostre lettre, outre ce que vous m'avez aussy fait tenirpar luy mesme, dont je vous en remercie fort. Comme vous avez sur tout cecy poussé loin vostre honnesteté a mon egard, ainsi je vous dois le retour de ma reconnoissence, dont vous pouvez en estre entierement persuadé. Il n'est point juste que vous vous dessaisisiez d'aucune de vos curiositéz pour me les envoyer, car il i a toute apparence, qu'elles ne pouroient parvenir ici en bon' estat, attendue la longueur du voyage; & je souhaitte qu'elles se puissent conserver dans vostre Cabinet, qui ce rend par sa rareté tres considerable aupres de tous les scavants qui en ont connoissence. Cependent je vous asseure de mon affection, par la quelle je suis,

MONSIEUR,

De Florence 12 Janvier 1699, ab Inc.ne

Vostre Amy,

Et subscriptum,

LE GRAND DUC DE TOSCAN.

Prae-

Praeter harum rerum excellentiam ob oculos pandendo, ſalubris utilitas earum, in Medicinae uſum contenta, obſervari poteſt; veluti Virorum multorum doctorum et Viatorum curioſorum libri et ſcripta teſtantur, ac ubique gentium per totum terrarum orbem deſcriptum eſt. Verum hoc negotium ſuſcipere, et ſpeciatim pertractare non decrevi, ſed ſolummodo Gazophylacii mei copiam, eo quidem ordine, quo in hunc uſque diem concinnatum extat, compendioſe oculis ſubjicere.







R. d. Hoge Inv: J. v. Viane Fecit.

Prima haec Tabula Titularis repraesentat THEATRUM NATURAE MIRANDUM, ſicuti olim ſuccincta cum Deſcriptione Belgica, in lucem edita, conſpiciebatur.

La premiere Planche qui eſt à la tête de cet Ouvrage, eſt de l'invention de Mr. R. de Hoge, & repreſente le THEATREDES MERVEILLES DE LA NATURE, & l'ordre dans lequel on â vû autre fois les Cabinets & les Armoires, lors que la deſcription abregée en Hollandois fût miſe au jour pour la premiere fois. Cette planche eſt d'une invention admirable, les curieux pourront s'en convaincre en conſultant l'explication Latine qui eſt á la tête de cet Ouvrage.

EXPLICATIO AUCTORIS

TABULAE AENEAE,

REPRAESENTANTIS

GAZOPHYLACIUM

MIRABILIUM NATURAE, INSTRUCTUM

A

LEVINO VINCENT.

Naturae miracula perſcrutari, eſt Dei quaſi poſteriora conſpicere. Haec non niſi e virtutibus ſuis cognoſci poteſt: quibus deſcribendis inſudarunt

 plu-

plurimi, verum ab illis omnibus nil unquam mihi obvenit, tam artificiose dispositum, tam enixe elaboratum, et tam jucunde exhibitum, quam LEVINI VINCENTII mirabile Gazophylacium; quamobrem jure optimo visum mihi fuit, illud hoc titulo in lucem prodere, nempe, THEATRUM NATURAE MIRANDUM. Hoc in frontispicio, plurimorum selectorum Conchyliorum foliacea opera, arte politorum, quae ipsis unionibus nitore non cedunt, superne visui praebet. A dextra hujus vestibuli, VINCENTII Conjugis dilectissimae ars acu picta conspicitur. Magistrae hujus indefessae laborem exhibet Virgo sedula, cujus crines, blanda venustate ingenio flexi, diffusi, ex humeris pendent. Una manu tenet capsulam, in qua altera, artificiosissimas delineationes opere corallino, acu pingit. Collum ejus & brachia ipsis artis insignibus fulgent. Corbula ex latere pendet, in qua discoloris generis coralia selecta, ad opus requisita in promptu sunt. Supra illam extat Circulus, in quo acerrimi visus Aquila, summa omnia pervolans, alarum suarum excellentiam prae aliis, hisce verbis ostentat:

FACILE HUC ME NEMO SEQUETUR.

A sinistra extat Pictura veterum, selectis coloribus aqueis et penicillo laborioso, pulcherrimos flores, et omnium regionum animalcula exotica delineans. Ante pedes ejus vas est floriferum, ad orientis et occidentis semina culta, in tenerrimo et pulcherrimo suo flore, exhibenda et conservanda. Cui innititur Tabula quadrata, praecellentibus et grandibus delineationibus, pro partium crassiorum tenuiorumque ratione, impleta Papilionibus, eorumque

Nym-

Nymphis, Vermibus, ac Ovis minusculis. Superne conspicitur Sol, auroram suam omnibus gratissimis coloribus ex horizonte ostentans, et hoc epigrammate dignus:

LUMINE DUX ALIIS.

In fundo curiosus cernitur Indagator, solis zona amictus, ad Volatilia, Reptilia, et Aquatilia, singulis anni temporibus opportune assequenda: eum in finem sericum suum reticulum in promptu tenet, ad Papiliones et Phalaenas, caeteraque volatilia e nymphis orta, captanda; dextera manu deae Isidis capitium tollens, ejusque pectorale detegens. Attentus adeo in genua procumbit, ecstasi, quam sentit contemplando miracula, quae Deus in toto hoc diffudit per naturam, quae hic, veluti apud antiquissimos Aegyptios, cum pluma in capite coniscante, depicta cernitur, in signum imperscrutabilis et semper sese moventis numinis. Quam turrita terrae corona subsequitur, sertum e floribus selectissimis circa tempora gerens, specimina lapidum, mineralium, florum siccatorum, et istiusmodi partium hujus Gazophylacii pandens. Hucusque detecta, non solum mamillare omnium herbarum, cum glandibus, primis mortalium fructibus, spectandum dat, verumetiam aperit munificum sinum, multis mammis ostentantem copiam, propagationem et sustentationem omnium creaturarum. Palla ejus magnifico superboque luxu, florum delineationibus acu picta, plura in recessu adhuc contegit, ad excitandum studium in progressum ad ulteriores ejus divitias, et admiranda per reliquam mundi partem, quam deae Isidis brachium sustinet. Talis mirandorum Indagatrix indefessa, calamo parata ad omnia descri-

benda, literasque ſuas per Mercurii caduceum expediendas. Hac ratione ad remotiſſimos terrarum populos contendit, cum lagena latice non perituro impleta, deſiderium ſuum transvehendi ex exoticis regionibus congeſta ad hoc Gazophylacium indicat. In ſinu ejus Liber artificioſiſſimus avium, vegetabilium, ſeminum et florum, genuino cum nitore, coloribusque incorruptis integer conſpicitur: ut et Alter iſtiusmodi rebus decoratus, ſub ejus brachio apertus, qui extrinſecus ſelectiſſimis conchis et tenuiſſimis ſcopulorum et litorum ornamentis coruſcat. Hiſce parandis Navigatio marina inſervit. Amazon haec armata eſt Nautulo, piſce teſtaceo, qui mortales vellere ſuo erecto velificandi uſum primus edocuit. Cirri ejus ſoluti ventis agitantur in altum. Robuſtum ſuum corpus velo tegit, non curans, ſi cutem ſuam, inſtar veſtimenti, ſole et aëre infuscet. Ipſa manu una agit remum, quo rivos et incilia permeat, ut inde ſibi compararet, quicquid hujus operis magnificentiam augere poſſit: quemadmodum in grandibus lagenis ſpecimen videndum exhibet Colubrum, et Bufonem e dorſo parturientem, in ſignum itineris ad utramque Indiam. Capſulae quadratae, ordine cum maxime gratiſſimo diſpoſitae, redundant atque reſplendent undique egregie ſcutatis variis arborum florumque animalculis, omnique florum ſiccatorum genere diſtinctis, cochleis ſelectis, conchis, caeteriſque maris ſpoliis. Praeter artem tot voluminibus involutam, de inimitabilibus coloribus aqueis, non minori cum certitudine quam delectatione, in delineatione et circumſtantia, cum regione ampliſſima, tanquam ſpecimine, de ramis coralinis, lapideis-

que

que arboribus mirandis in marium finibus, tam ample nitideque locatis, ut ſpectatoris viſum modo amoeniſſimo in iis oberrare, neceſſe ſit. Per exigua haec ſpecimina, Gazae Cuſtos ad Gazophylacium ipſum nos ducit, ſuper quod aëris ſerenitas, per ipſas ignorantiae nebulas, ſolis exorientis radiis diſpulſas, perlucet, totum aedificium clarum lucidumque reddens: in cujus ſuperiori parte effigies ANTONII BREDAE P. M. conſpicitur. Studioſiſſimus ille archetypi Theatri hujus mirandi, aureo thorace, ad memoriam officiorum ſuorum, ſub corona palmata, piorum requiem denotante, ſuperſtes nitet. Supra ejus imaginem diva Apollinis cithara ſuſpenſa cernitur, monumentum praeclarae ipſius mentis et manus, in concipiendo, canendo ludendoque, buccinis fidibusque canoris, per excellentiam, dum viveret, celebris. Globus coeleſtis, quorſum tranſlatus eſt, hoc mnemoſynon, pyramidis inſtar, perficit. Ab utroque thoracis latere, parietis conchae inſculpta pendent inſtrumenta et organa indefeſſae ejus et flagrantis cupidinis, in colligendis tot tamque raris animalculis, ex quatuor mundi plagis advectis. Europa et Aſia, ob Tabulae parvitatem, conſpici non poſſunt. Verum ingens Auſtralis et Septentrionalis America in lecto penſili decumbit cum calatho Eſecepeo, omni ſingularium rariorumque rerum genere pleno ſub brachio ſiniſtro, manu dextera parata ad ſelectiſſimas aves in ſaltibus, arcu ſuo e ligno Guajaco, figendas, earum plumis capillos ſuos comptura, optimaſque ex iis huic Gazophylacio miſſura. Ab altero latere toſta cubat Africa cum cornu eburno, pennaeque pavoniae lanigerum ejus caput tegunt, et armillae brachia cingunt. Fervidos illa mon-

 tes

tes pervolat, rarisque ſylvis luſtratis, defeſſa jacet ad aurifodinas, miranda ſua a ſe detecta, Bredae Succeſſori LEVINO VINCENTIO, ejusque Conjugi indefeſſae transmiſſura. Barbitis ſuſpenſis, jam non minus oculos animosque objectis perennibus, quam aures antea fidibus mentem tangentibus demulcent: ambo animadverſionibus aſſiduis operi ſuo decus addentes. Illorum amor et deliciae ex hisce rebus, in excelſo poſita ſplendent, literis ductilibus nominis LEVINI VINCENTII adornato. Velox haecce Nympha Inquietem geſtat, ſtimulantem indeſinenter ipſam ad ulteriorem Gazophylacii ſui ampliationem, cum alis ingenii circa caput, ad digerenda nitide quaevis ſelectiſſima. Una manu alveare tenet, iſtorum animalculorum opus et diligentiam cum ſtudio ſuo collatura, quae omnibus ex floribus undique optimum exſugunt, et mel ſuum in miranda nitidiſſimaque conſtructione cellarum elaborant atque congerunt. Altera vero limam geſtat, mundandi et expoliendi maris genituram. Veſtitus ejus eſt facilis veluti ſtatura, ad omnia indaganda. Asſeclae duo ejus latera, varietatem et ornamentum, ſtipant. Unus, ſub alveario circinum et delineationem manu tenens, libellam Aegyptiacam oſtendit, ad ordinem cum certitudine notandum, elaborandum et perficiendum. Alter, cum deſignatione et cauda pavonia, curam indicat, qua omnes gazas congeſtas, ſummo ſplendore atque nitore in lucem profert. Arcae et Pinacothecae ſtant utrinque, quae tanquam tot coaſſamenta quavis vice permutari posſunt, admirandorum et affluentium operum naturae abundantia ſcatent; omnia melius cogitando quam deſcribendo concipienda, et a timendis Regibus, Principibus, maximisque Ducibus, non ſine ſumma obſervantia, veneratione et admiratione luſtrata.

EJUS-

EJUSDEM AUCTORIS

EPIGRAMMA

IN HOC

GAZOPHYLACIUM.

Clarus Apollineâ Breda testudine, plectri
Amstelias aures, mulserat arte sui.
Naturae miranda legens, et picta relinquens,
Coepit; obest coeptis, invida Parca suis.
Moesta soror, jam exosa lyras, Musasque sonoras,
Dat lachrymas urnae, Manibus exequias.
Orbum plangit opus: stimulant monumenta laboris,
Arte, labore, manu, nobile tentat iter.
Pingit acu thecas, varios coralla colores,
Excipiunt, vario flore tabella micat.
Cum sociâ quaevis Vincens obstacla Levinus
Pergendo; Isiacum detegit arte peplum.
Cura, indefessis utroque sub axe carinis,
Ridet hians coelum, ceu glaciale salum.
Ipse pater Nereus, jubet imo ex gurgite Glaucum

Pro-

Promere, quid conchae, purpura et ostra ferant.
Najades, et Nymphae fluvios sylvasque pererrant:
Quaeque suum gaudent contribuisse decus.
Cannibales, Seres, Persas, Garamantas et Indos,
Ut magis exornent, impigra cura tenet.
Magnificum sic surgit opus, rarique Theätri
Vasa volatilibus, reptilibusque scatent.
Fit Templum, stant pulcra Deae penetralia Matris
Memphiticum, Amstelio, postpositura solo.
Vim pateris; sed ne doleas producier antris:
Hic Reges captas Isis Amore tui.

ROMANUS DE HOOGE, J. U. D.


A. van. Buysen: schulp..



Altera Tabula Titularis, ante Partem Secundam, (jam pridem Belgice editam) sive Continuationem Theatri Naturae Mirandi, partim exhibet praesentem Gazophylacii constitutionem, qua singularium rerum varietates, in duodenis Pinacothecis contentae, aliquo modo omnium oculis subjiciuntur, quae ex ordine, secundum numerum cujusque Pinacothecae, in Tabulis sunt videnda et observanda: et in conclavi convenienti, ad hoc opus istiusmodi modo accommodato, in totum possint extendi.

La seconde Planche, qui est à la tête du second Tome, ou de la suite des Merveilles de la Nature, cidevant imprimé en hollandois représente en quelque manière l'Etat present et la diversité merveilleuse, et le nombre infini de choses des plus rares, renfermées dans les 12 *Cabinets. Ces curiosités sont détaillées en partie dans cette description et dans les planches particulières qui représentent chaque cabinet séparément, et distingués par leurs Numeros. Cette Planche sert en même temps, à faire voir l'ordre qu'on pourroit donner á toutes ces beautés, en les arrangeant a peu près de cette manière, dans un appartement qu'on pourroit y appropier, suivant ce Plan.*





Pinacotheca 1.
TAB. I.
N°1.
N°2.
N°3.
N°4.
N°5.
N°6.
N°7.
N°8.
N°9.
N°10.
N°11.
N°12.
N°13.
N°14.
N°15.
N°16.
N°17.
N°18.
N°19.
N°20.
N°1.
N°2.
N°3.
N°4.
N°1.
N°2.
N°3.
N°4.
N°5.
N°6.
N°7.
N°8.
N°9.
N°10.
N°11.
N°12.
N°13.
N°14.
N°15.
N°16.
N°17.
N°18.
N°19.
N°20.
N°1.
N°2.
N°3.
N°4.
N°5.
N°6.
N°7.
N°8.
N°9.
N°10.
N°11.
N°12.
N°13.
N°14.
N°15.
N°16.
N°17.
N°18.
N°19.
N°20.
N°5.
N°6.
N°7.
N°8.
N°1.
N°2.
N°3.
N°4.
N°5.
N°6.

Pinacotheca Prima, hic aperta, in Prima Tabula effi̇cta, et pedamini insistens, ac nigro operis Indici in superficie incrustata, et auro ornata, juxta alta atque lata pedes quinos et unciam unam, continet tres Columnas. Singula Columna habet viginti Capsas trusatiles. Capsae trusatiles duarum Columnarum lateralium, latae pedem et admodum quinque uncias cum semisse, et profundae sexdecim uncias: quarum singula continet quinque rotundas Capsulas unciarum sex et quadrantis ex diametro, literis A. B. C. D. E. retro notatas. Singula Capsa trusatilis Columnae mediae, lata sexdecim uncias et semi, et profunda quoque sexdecim, continet quatuor rotundas Capsulas septem unciarum et quadrantis ex diametro,

Le premier Cabinet, que la premiere Planche représente ouvert, est posé sur un pied, et est d'un vernis noir á l'Indienne, orné de dorures en bosse. Il â 5 pieds et un pouce de hauteur, et autant de largeur. Il est á 3. Colomnes dont chacune â 20 Tiroirs. Ceux des deux Colomnes des côtez ont un pied et demi, ou à peu près de largeur, et 16. pouces de profondeur. Chaque Tiroir contient 5 Boîtes rondes de 6. pouces et un quart de diamétre, marquées par les Lettres A. B. C. D. E. Ceux de la Colomne du milieu ont 16. pouces et demi de largeur et de profondeur, contenant 4. Boîtes rondes de 7. pouces et un quart de Diamétre; aussi

itidem a tergo literis A. B. C. D. insignitas. Inferius sub singula Columna laterali extant quatuor Capsae trusatiles altiores, quarum unaquaeque continet Alveum quadratum, numero arithmetico signatum. Magna autem inferior Capsa trusatilis, lata quatuor pedes et uncias quinque, continet sex Alveos oblongos atque quadrangulares, nempe quatuor majores duosque minores.

Multifaria Insecta, plurimum exotica, numero fere infinita, explent omnia loculamenta hujus Pinacothecae: ut, Papiliones tum diurni tum nocturni, Muscae rariores, Blattae, Libellae, Mordellae, Apes, Bombilii, Vespae, Formicae grandes volantes aliaeque, Araneae,

marquées par dessous des lettres A. B. C. D. Sous chaque Colomne des côtez il y à 4. Tiroirs plus hauts, dont chacun contient une Boîte quarée marquée de chiffres. Le grand Tiroir, qui est le plus bas, est large de 4. pieds et de 5. pouces, et contient 6 Boîtes quarées oblongués savoir 4. grandes et 2. plus petites.

Diverses Insectes, pour la plûpart des Païs Etrangers, et dont le nombre est presqu'infini, remplissent toutes les Boîtes de ce Cabinet. Comme des Papillons de jour et de nuit, des Mouches très-rares, des Cloportes, des Tignes, des Mordelles, des Demoiselles, des Abeilles, des Bourdons, des Guêpes, de grosses Fourmis volantes et autres, des Araignées, des

Sca-

Scarabaei, Bruchi, Cicadae, Locuſtae, Erucae cum ſuis Nidis et Nymphis, Vermes, Scolopendrae, Scorpiones, Anguiculi ſiccati, Lacertae, Scinci, Salamandrae, Bufones recens nati, Ranulae, Piſciculi, Teſtudines minutae tam terreſtres quam aquaticae, Aviculae peregrinae in nidulis cum ovulis et pullulis; inter quas exiſtunt variae et rariſſimae Aviculae Colibrii ſive Auriſſiae, pleraeque aliae inſolitae Creaturculae, quae omnia examuſſim in Catalogo, ad

Eſcarbots, des Hurbecs, des Cigales, des Sauterelles, des Chenilles avec leurs nids et leurs nimphes, des Vers, des Scolopendres, des Scorpions, de petits Serpents ſêchez, des Lézards, des Crocodiles terreſtres, des Salamandres, des petits Crapeaux nouvellement nez, de petites Grenoüilles, de petits Poiſſons, de petites Tortuës de Terre et d'Eau, de petits Oiſeaux Etrangers, dont quelques-uns ſont dans leurs Nids avec leurs Oeufs, et d'autres avec leurs petits, entre leſquels il y en â de diverſes ſortes et de très rares, des Colibris extraordinaires, et pluſieurs autres petites Créatures, qui ſont très-exactement décrites en Latin, et en Hollandois dans le Catalogue qui ap-

hanc

hanc Pinacothecam pertinente, tum Latine tum Belgice sunt descripta, et maximo labore et arte, multis abhinc annis collecta.

In tanta copia tot admirandorum formosorumque Animantium (praeter Metamorphosin omnium Insectorum Surinamensium de Madame Sibylle de Merian) nonnulla, tam immensitate quam pulchritudine memoratu digna, supereminent: ut; Locusta Orientalis, longa octo uncias, et lata cum alis sex uncias.

Foliorum Ambulantium variae species, foliis sive alis viridibus, luteis, fusco

partient á ce Cabinet, et qui ont été ramassées avec beaucoup de travail et d'adresse, depuis un très grand nombre d'années.

Parmi ce grand nombre d'animaux merveilleux, il y en á outre toutes les Insectes contenu dans la Metamorphosis Insectorum Surinamensium de Mad. Sibylle Merian, plusieurs qui surpassent les autres, tant en beauté qu'en grandeur, et qui méritent bien qu'on en fasse icy quelque mention; comme la Sauterelle Orientale, longue de 8 *pouces, et large de 6. avec les ailes.*

Diverses espêces de Sauterelles dont les ailes ressemblent aux feüilles d'arbre pourquoy les Latins les nomment Folia Ambulantia, il y

ma-

maculatis, et deciduis, juxta anni tempora: Eorumque Embryones ex utraque India.

en â de vertes, jaunes, griſes, ou brunes et comme flêtri, et autres prêtes à tomber, ſelon les diverſes ſaiſons de l'Année; et leurs Embrions des unes et des autres Indes.

Scarabaei Ambonenſes, ex quadam arbore, Sagueer Indis dicta, longis pedibus anterioribus quinque unciarum.

Des Eſcarbots d'Amboine, qui prennent leur nom d'un certain Arbre appellé ſagueer, parce qu'ils en tirent le ſuc juſqu'a ſ'en enivrer, et dont les pieds de devant ſont longs de 5. pouces.

Varii Scarabaei Caraïbaei, tum nigri tum cinerei, promuſcide inſtructi, quinque et ſex uncias longi.

Diverſes Eſcarbots extrémement gros, des Iles Caribes, avec des trompes courbées, l'un de couleur noir, et d'autres de gris cendré et dont l'un â 5. et l'autre 6. pouces de longueur.

Duo Scarabaei Elephantes furcati, nigro et cinereo colore, quorum alter quinque uncias longus.

2 Eſcarbots nommée Elephants avec des trompes fourchus au bout, noir et gris et 5. pouces de longueur.

Sca-

Scarabaeus Characteristicus pedibus anticis septem unciarum.

Un Escarbot Characteristique, dont les pieds de devant ont 7. pouces de long.

Scarabaei Rhinocerotes Surinamenses purpureo caesii, grandes atque eximii, cornibus longis flexisque.

De grands et beaux Escarbots Rhinoceros de Surinam, de couleur de pourpre, et d'un bleu foncé, avec de cornes longues et recourbées.

Scarabaeus Taurus volans tricornis Asiaticus, niger et nitens, quatuor uncias longus.

Un Escarbot Taureau volant venu d'Asie, noir, reluisant, long de 4. pouces, et â 3. cornes.

Scarabaeus Occidentalis quatuor uncias longus, cum alis unciarum septem.

Un Escarbot des Indes Occidentales, long de 4. pouces avec des ailes de 7. pouces.

Duo Aranei Americani grandes in coitu, magnitudinem pugni ferme aequantes.

Deux Araignées de l'Amerique à peu près de la grosseur du poing, et en accouplement.

Papiliones nocturni Ambonenses, vulgo Atlantes

Des Papillons de nuit d'Amboine, qu'on nomme d'ordinaire des Atlas et a cause de leur grosseur extra-

hya-

hyalini et marmorati, uncias decem lati.

ordinaire, et parce qu'ils ont des eſpeces de globes, tranſperens dans leurs ailes, qui ſont marbrées et larges de 10 *pouces.*

Phalaena Surinamenſis ejuſdem latitudinis, albo et nigro marmorea.

Des Papillons de nuit de Surrinam, de même largeur, et marbré de blanc et de noir.

Libella Occidentalis ſex uncias corpore longa.

Une Libella ou Demoiſelle des Indes Occidentales, aiant le corps long de 6. *pouces.*

Muſcae laternigerae Americanae noctu lucentes, tres uncias longae, latae ſex.

Des Mouches de l'Amerique de la longueur de 3. *pouces, et qui en ont* 6. *en largeur, on les appelles Porte Lanternes parce qu'elles portent au deſſus de la teſte un inſtrument comme une Lanterne qui donne de la clairte dans la nuit.*

Atlantes hyalini, oculis

Des Atlas qui portent une eſpece de vitre en forme

pavo-

pavoniis, ſeptem uncias lati.

d'yeux de Pan, large de 7. pouces.

Papiliones Ambonenſes, viridi et nigro holoſerici, inſignes, et ſeptem uncias lati.

Des Papillons d'Amboine tres extraordinaires, larges de 7. pouces, de couleur de velours verd et noir.

Papiliones Atlantes Americani ianthini incomparabiles, inimitabili colore ſaturo cyaneo atque purpureo fulgentes.

Des Papillons Atlas de l'Amerique, de couleur violette d'un beau bleu céleſte, de couleur de pourpre, et qui par la variete de ces couleurs ont un brillant ſi extraordinaire qu'il eſt preſque impoſſible de l'imiter.

Avis dicta idolum Ternatenſium, cauda brevi, et longis anguſtisque promienentibus pennis: ad cujus volucris ululatum, tanquam omen futurae cladis, ea gens

Un bel Oiſeaux appelle l'Idole des Ternatois, acauze que les habitans de cet Ile etant en guerre, et marchant a l'ennemi, s'arreterent au bruit de cet Oiſeau, et mirent bas leurs Armes, de peur d'avoir du deſſous. Cet Oiſeaux porte une queue courte, d'ou ſortent deux longue

bel-

bellans projicit arma manu.

plumes bleu, etroites, et au bout plus large et blanc.

Reguli Manucodiatarum perelegantes, ex Aſia.

Les petits Rois des Oiſeaux de paradis venu d'Aſie tres beaux.

Duo Pſittaci minores Ternatenſes teretes, gratisſimis coloribus redundantes.

Deux Perruches de l'Ile Ternate, extraordinairement Longues, et rondes, de couleurs tres differentes et tres-belles.

Paſſer purpureo nitidus, ex Guinea.

Un Paſſereau de Guinée en Afrique, dont le plumage brillant eſt d'une couleur de pourpre.

Picus Capenſis perrarus roſtro longo, et cauda longa anguſta, et altera lata brevique.

Un Pivert de Capes de bon Eſperance, tres rare, avec un longue bec pointu, et deux differente queues, dont l'une eſt longue et etroite et l'autre courte et large.

Picus Peruvianus incomparabilis, ſive Avicula Regia diverſicolor.

Un Pivert de Perou, ou petit Oiſeau Royal, incomparable par les couleurs differentes.

Passeres Africani rariores, collaribus rubicundis, capitibusque atris.

Des Passereaux d'Afrique tres rare, a tête noir et avec un espesce de fraise d'un tres beau rouge.

Lacertae Japanenses volantes magnae et minimae utriusque sexus.

Des Lezards volans, du Japon, tant grandes que petits, males et femelles.

Et mille denique alia insolita perpulchra Animalcula, descriptu difficilia.

Enfin une infinité d'autres petits Animeaux, differents et tres beaux, mais quil est aussi difficile de dépeindre que de distinguer par des noms qui leur soient propres.

Duo Alvei minores, in Capsa trusatili magna inferiori, sunt Europaeorum Insectorum Experimentis circa metamorphosin oppleti.

Deux des 6. Boëtes du grand Tiroir d'embas, sont remplies d'experiences sur la transformation des Insectes de l'Europe.

Multifarii Flosculi vivide siccati, plantae et earum pericarpia, in omnibus hu-

De petites Fleurs Sechéez et qui ont conservé leur couleurs naturelles, des Plantes avec les pellicules qui contienent leurs graines et leurs pepins, sont placées dans un or-

jus


jus Pinacothecae Capsis et Alveis, hinc et illinc ex ordine sunt interposita, quae cultui et expletioni locorum vacuorum inserviunt, et insimul in demonstrationem, quod haec Animalcula in iis versentur, tam ratione nutrimenti, quam mansionis et latibuli ab aëris injuriis, et defensionis ab hostibus.

dre tres curieux et regulier dans toute les Tiroirs, et dans toute les Boëtes quarrées de ce Cabinet; non seulement pour y servir d'ornement, et en remplir les places vuides, mais aussi afin de faire connoitre que ces Animaux ou Insectes dont nous venons de parler s'y tienent d'ordinaire, tant pour s'en nourrir, qu'afin d'y etre a couvert des injures de l'air, et des insultes de leurs Ennemis.

Area anterior, trium differentium Capsarum, Alveorum et Capsularum ordinem, ad Animantium formam, demonstrat; ut et nonnulla Insecta exotica, ad vivum effigiata.

On voit par les 3. Tiroirs qui sont place contre le pied du Cabinet, l'ordre qui y est observé, et qui est proportionné a la grandeur des ce qu'ils contiennent; on y voit aussi quelques Insectes etrangeres peintes au naturel.




Pinac. 2.
TAB. II
N.° 1.
N.° 2.
N.° 3.
N.° 4.
N.° 5.
N.° 6.
N.° 7.
N.° 8.
N.° 9.
N.° 10.
N.° 11.
N.° 12.
N.° 13.
N.° 14.
N.° 15.
N.° 16.
N.° 17.
N.° 18.
N.° 19.
N.° 20.
N.° 21.
N.° 22.
N.° 23.
N.° 24.
N.° 25.
N.° 26.
N.° 27.
N.° 28.
N.° 29.
N.° 30.
N.° 31.
N.° 32.
N.° 33.
N.° 34.
N.° 35.
N.° 36.
N.° 37.
N.° 38.

Pinacotheca ſecunda, in Tabula ſecunda depicta, ſimilis eſt Priori, verum continet quinque Columnas, nempe tres ſuper, ac duas ſubtus, et Capſam pendulam magnam inferius. Singula Columna ſuperior continet octo Capſas pendulas, ſeptendecim uncias cum ſemiſſe latas. Singula Columna inferior continet quinque Capſas magnas, duos pedes et tres uncias latas. Omnium Capſarum profunditas eſt ſedecim unciarum.

In binis prioribus Columnis ſupernis potiſſimum continentur Conchylia, tam minima quam mediocria.

Le ſecond Cabinet, repreſenté dans la ſeconde Planche, eſt ſemblable au premier, mais il contient 5. Colomnes, ſavoir 3. en haut, et 2. en bas, et au deſſous un grand Tiroir. Chaque Colomne d'enhaut contient 8. Tiroirs larges de 17 pouces et demi. Chaque Colomne d'en bas contient 4 grands Tiroirs, dont il y en a 2. de double l'un dans l'autre faiſant ainſi le nombre de 5. de chacque coſté, large de 2. pieds et trois pouces, la profondeur de tous les Tiroirs eſt de 16. pouces.

Dans les 2. premieres Colomnes ſuperieures ſont principalement contenues des Coquillages tres curieux tant petites que d'une raiſonnable grandeur.

